



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Fridericvs III. Dei Gratia Palatinvs Rheni, Ac Sacri Imperii Romani Elector,
Dux Bauariæ. &c. Omnibvs Qvibvs Commissa Est cura Ecclesiarum &
Scholarum, quæ sunt in Palatinatu, S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233


FRIDERICVS
III. DEIGRATIA PALA-
TINVS RHENI, AC SA-
CRI IMPERII ROMANI ELE-
ctor, Dux Bauariæ. &c.

OMNIBVS QVIBVS COMMISSA EST
*cura Ecclesiarum & Scholarum, quæ sunt in
Palatinatu,*

S. D.

P
 OST QVAM quid nosti sit muneris, ex verbo DEI, atque ex natura ipsa cognoui-
 mus, nosque in eo, ipsi potissimum, qui id nobis imposuit, Deo Opt. Max. patere oportere
 statutus, ut nihil esset, in quo tam in vniuersa vita laboraremus, quam ut & nostra con-
 scientia satis aceremus, & nostrorum saluti, quantum in nobis esset, consideremus, Cum
 autem non sat erit esse existimaremus, nos ita consilio & ratione iustitiam administrare, ut
 nostra fidei commissi populi, ius & honestatem colentes, placide tranquilleque viuerent,
 nisi sed etiam perducerentur, ut Detum creatorem suum ac redemptorem ex verbo ipsius re-
 tineant, & cognoscerent: nam id unicum est firmum fundamentum, cum ceterarum virtutum, cum vel maxime omnis
 obedientia & vera erga Deum pietatis: Capimus totu[m] animo de ista re cogitare, nihil cupientes pratermittere,
 quod ad eam beatitudinem tum parandum, tum conseruandum pertinet.

Et si autem & ab ijs, qui nos proxime antecesserunt, Cognatis nostris, Palatinis ac Electoribus (quorum me-
 moriam cum amore & reverentia usurpamus) varia utiliter & pie instituta sunt, ad gloriam Dei illustrandam,
 & populum in officio retinendum: tamen ut ipsi in principio gubernationis nostra experiti sumus, non ea adhi-
 bita est diligentia in illis Exequendis, & ad utilitatem publicam accommodandis, quam par fuerat in re tanta adhiberi. Quocirca minime mirum est, si ijs, qui sperati erant fructus, percipi non potuerunt. His
 rebus permoti sumus, ut non solum, quæ ab ipsis recte instituta essent, retinocaremus ac restituere-
 mus, verum etiam, ut quæ minus firma essent, fulciremus; quæ vero corrupta & depravata es-
 sent, ea emendaremus & corrigeremus. Iacebant Schola, tenera iuuentus negligebatur, nulla
 erat in religione Christiana certa & consentiens institutio.

Itaque:

Itaque vel male, vel ad nullam certam normam, sed ad cuiusque arbitrium iuuentus eruditatur, vel omnino non informabatur, sed rudit prols & impolita relinquebatur. Ex quo, pri dolor, cum alia infinita mala extiterunt, tum illud in primis, ut aut vera religione non instruti, aut variis exercitoribus implicati, aut non necessariis questionibus enerati, infeliciter cum summa in scita adlescerent. Cum haec tantas calamitates intueremur, & id quod res est cogitaremus, videlicet nec Ecclesia, nec Regium publicam, atque adeo ne familias quidem constitui, nec ullum honestati aut discipline inter ciues locum esse possit, studiu iuuentus a primis annis una & consentienti voce ad reram sincerae amque religio nem instrueretur a fiducia que in ea exercitaretur: rei necessitas fecit, ut huic malo, qua possemus ratione, quam celerrime occurreremus, ne in hac non postrema nostri muneric parte debitum officium meritum a nobis desiderari possat. Quapropter re Theologis nostris, & quibus in nostra ditione precipua Ecclesiastarum cura est, commendata, negotium dedimus, ut Catechesis religionis Christiana, ex verbo Dei, Germanice & Latine conscriberent, quoniam posterum non iuuentutis solum rectius proficiatur, sed quo concionatores etiam & ludim magistri certam habeant & definitam formam, ad quam iuuentutem in templis & scholis informant, ne pro suo arbitrio noua subinde instituant, aut ea tradant, quae verbo Dei non sint consentanea.

Vestrum nunc porro erit, cum ob gloriam Dei, cum ob vestram, eorumque, qui & nostra & vestre fidei crediti sunt, salutem, hanc Catechesis gratia animo excipere, eam pueris, cum in scholis, cum in Ecclesiis proprie, eorumque auribus & animis assidue ac diligenter inculcare, quo eam vita & factis paulatim exprimere effescant. Quod si a vobis, ut & fides vestra & munus diuinitus impositum postulat, praestitum fuerit: optimam spem habemus fore, ut Deus Optimus Maximus propter Christum nostri misertus penas quas meriti sumus, remittat, & pro paternitate sua bonitate vestros labores secundet, totique regioni benefaciat. Quod ut ab eo rotundat, ita vos etiam atque etiam monemus, ut nostram de vobis spem magis magisque confirmatis studeatis.

EX.

